Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



uita omnis sermo sc̄orum praedicatorum lucem praemon
strat sapientiae caelestis. Nihilque in eis aliud quā uistutū
decus aspicitur; Anuli autem aurei per quos uectes tabula
ta continebant. ipsam uitae caelestis beatitudinē designāt;
Quae propter suae gloriam claritatis recte auro propter
aeternitatem recte circulo conparati; Unde & apls
de illa. reposita ē inquit mihi corona iustitiae;
Quinque aū circulos singulae habebant tabulae. Non
quia quinque pestita ē distinctio patriae caelestis;
sed quia eadem perpetua claritas & clara perpetui
tas regni illius in genesi. eadem in exodo. eadem in leui
tico. eadem in libro numerorum. eadem in deutero
nomio scripta continetur; Et quinque anuli aurei
singulis tabernaculi tabulis erant infixi. Quia cordec
iustorum multum dilatata per amorem. In omnibus
legis mosaicae libris. non solum correctionem operū
sed & perpetuam supernae retributionis lucem legūt;
Et funde eis inquit anulos aureos per quos uectes tabu
lata contineant. Uectes per anulos aureos tabulata
continent. cum uerba sacri eloquii per promissionē
regni caelestis statum scae & ectae confirmant. ut eo
minus pesturbationes mundi timeat. quo cestius
stabilitatem perpetuae remunerationis didicit.
Bene aū de eisdem uectib; subditur. Quos operies